



Bodleian Libraries

UNIVERSITY OF OXFORD

This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.

For more information see:

<http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks>



This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.




H
RS
18








302314635R



















THE SAVRVS
GEMMARVM
ASTRIFERARVM
ANTIQVARVM

INTERPRETE
IO-BAPTISTA PASSERIO
CVRA ET STUDIO
ANT-FRANCISCI GORI

Jos. Locchi inv. et incid.

T H E S A V R V S
G E M M A R V M
A N T I Q V A R V M
A S T R I F E R A R V M

QVAE E COMPLVRIBVS

DACTYLIOTHECIS SELECTAE

AEREIS TABVLIS CC. INSCVLPTAE

OBSERVATIONIBVS INLVSTRANTVR

ADIECTIS PARERGIS LX.

ATLANTE FARNESIANO
PROLEGOMENIS . DIATRIBIS III.

DISSERTATIONIBVS XV. ET INDICIBVS




FLORENTIAE . ANNO . IVBIL . CIO . IO . CC . L .


EX . OFFICINA . TYPOGR . ALBIZINIANA

PRÆSIDVM . ADPROBATIONE






EXCELLENTISSIMO
SAC. ROM. IMPERII COMITI
IOANNI LUCAE
PALLAVICINO
INCLVTO . PRVDENTI . MAGNANIMO
IMP. CAESARIS FRANCISCI P. F. AVG.
CONSILIARIO INTIMO
MARIAE THERESIAE ROM. IMPERAT.
REGINAE HVNGARIAE ET BOHEMIAE
etc. etc. etc.
HONORATO A CVBICVLO
ET A PENITIORIBVS CONSILIIIS
SVPREMO AVSTRIACAE INSVBRIAE MODERATORI
ITALICI EXERCITVS ET ARMORVM
TERRA MARIQVE IMPERATORI STRENVISSIMO
REGIAE ARCIS IOVIAE MEDIOLAN. PRAEFECTO
REGIORVM VECTIGALIVM PRAESIDI SVMMO
SECVRITATIS QUIETIS TRANQVILLITATIS PVBLICAE
INSTAVRATORI . VINDICI . CVSTODI
VIGILANTISSIMO
LEGVM ET CONSTITVTIONVM MVNICIPALIVM
RESTITVTORI . EXIMIO . IVSTO . SAPIENTI
PVBLICO BONO FELICITER NATO



MENTIS SVAE MAGNITVDINE
REBVS DOMI FORISQVE
PRAECLARE GESTIS
SCIENTIAE MILITARIS PERITIA
POLITIORVM DISCIPLINARVM ADSIDVO STUDIO
IN OPTIMAS ARTES
ET LITTERATOS VIROS MVNIFICENTIA
TOTO ORBE COMMENDATISSIMO
FAVTORI SVO BENEFICENTISSIMO
THESAVRVM HVNC
GEMMARVM ASTRIFERARVM
ANTIQRARVM
IMMORTALI EIVS NOMINE ORNATVM
AVSPICIS ET HONORIFICA ADPROBATIONE
DEPROMTVM
PERENNE OBSEQVII SVI
ET PER OMNE TEMPVS GRATI ANIMI
MONIMENTVM
A. L. M. D. D. D.
ANTONIVS FRANCISCVS GORIYS



COMES EXCELLENTISSIME
MAECENAS OPTIME



VOD a DEO OPTIMO MAXI-
mo saepe precatus sum, ut si
antiquae eruditionis adpara-
tu et copia praeclarum Opus haberem aliquan-
do, summa cum dignitate et laude mihi contin-
geret dedicare INSIGNI VIRO, non solum anti-
qui generis splendore, nobilitate, amplitudine,
* * * opu-

opulencia , gratia , rerumque gestarum gloria praestantissimo ; verum etiam optimarum litterarum amore , cultu , patrocinio , doctrina atque iudicio inter ceteros , qui maxime his laudibus florent , instructissimo ; id nunc divino praesidio feliciter me adsecutum intelligo . Tua siquidem singulari prorsus erga me humanitate , atque honorificentissima adprobatione , COMES SAPIENTISSIME, qui Belli ac Pacis artibus ornandis , tuendis inlustrandisque publico bono natus es , divino adnuente Numine , ingens hoc decus summumque beneficium sum consecutus , ut haec Volumina , quae GEMMARVM ANTIQVARVM ASTRI- FERARVM THESAURVM , & veteris Astronomiae perin- signe monumentum , ATLANTEM FARNESIANVM , eruditae PASSERIANIS observationibus locupletatum , complectuntur , immortalis tuo Nomine ornata in publicum adparerent : cuius felicibus auspiciis , atque ingenti splendore conlustrata , a doctis hominibus non gratius tantum , sed et auspicius , Musis ipsis plaudentibus , quae in splendidissima Aula tua , non ad inanem pompam , sed ad implendum suavissimis deliciis animum tuum plane regium ac divinum , veluti in domestica sede versantur , exciperentur . Quoties id mecum ipse repeto , incredibili prorsus laetitia perfundor ; sed dum cogito , ac sedula mente contem- plor , PALLAVICINE AMPLISSIME , qualis quantusque sis , non solum DYNASTARVM HER- OVMQUE nobilissimae atque a remotis usque tem-

DEDICATIO


xi

temporibus generosissimae GENTIS TVAE incluta
 ferie, et claritudine, sed omnium Virtutum,
 ingentibus tuis meritis: ob eximiam exquisitam-
 que tuam doctrinam ac scientiam; ob insignem
 rerum a Te praeclare gestarum gloriam, multis
 ac maximis exemplis toto orbe testatam; ob am-
 plissimas dignitates, et munera, supremo cum
 imperio coniuncta, quae geris; tantae lucis ita
 obruor copia, ut scintillas aliquas vix ferre,
 ac sustinere valeam. Profecto nullius tantum
 est flumen ingenii, nulli dicendi aut scribendi
 tanta vis, tanta copia, quae non dicam exor-
 nare, sed enarrare egregia magni animi tui fa-
 cta possit. Earum siquidem evolventi mihi glo-
 riosa monumenta, a Scriptoribus magni nomi-
 nis testata, atque aeternitati consignata, qui-
 bus non diuturno, sed brevi temporis interval-
 lo, quod magnopere mirandum est, ingentem
 gloriam, summamque laudem, insignibus studiis,
 multis vitae periculis, plurimorum laborum, vi-
 giliarumque pretio TIBI comparasti; in eam
 opinionem lubens me venire fateor, TE in exi-
 mia ac praecellenti rei militaris scientia ac peri-
 tia, veterum Heroum et Ducum aequasse gloriam,
 in multis etiam superasse: inter eos vero, qui hac
 tempestate florent, quam paucissimos pares habe-
 re: at in eloquentia, qua maxime polles, at-
 que summos Proceres, ac doctos Homines TE
 adeuntes suavi admiratione atque iucunditate
 imples; in omnigena optimarum disciplinarum


* * 2

eru-






EXCELLENTISSIMO
SAC. ROM. IMPERII COMITI
**IOANNI LVCAE
PALLAVICINO**
INCLVTO . PRVDENTI . MAGNANIMO
IMP. CAESARIS FRANCISCI P. F. AVG.
CONSILIARIO INTIMO
MARIAE THERESIAE ROM. IMPERAT.
REGINAE HVNGARIAE ET BOHEMIAE
etc. etc. etc.
HONORATO A CVBICVLO
ET A PENITIORIBVS CONSILIIS
SVPREMO AVSTRIACAE INSVBRIAE MODERATORI
ITALICI EXERCITVS ET ARMORVM
TERRA MARIQVE IMPERATORI STRENVISSIMO
REGIAE ARCIS IOVIAE MEDIOLAN. PRAEFECTO
REGIORVM VECTIGALIVM PRAESIDI SVMMO
SECVRITATIS QVIETIS TRANQVILLITATIS PVBLICAE
INSTAVRATORI . VINDICI . CVSTODI
VIGILANTISSIMO
LEGVM ET CONSTITVTIONVM MVNICIPALIVM
RESTITVTORI . EXIMIO . IVSTO . SAPIENTI
PVBLICO BONO FELICITER NATO



MENTIS SVAE MAGNITVDINE
REBVS DOMI FORISQVE
PRAECLARE GESTIS
SCIENTIAE MILITARIS PERITIA
POLITIORVM DISCIPLINARVM ADSIDVO STUDIO
IN OPTIMAS ARTES
ET LITTERATOS VIROS MVNIFICENTIA
TOTO ORBE COMMENDATISSIMO
FAVTORI SVO BENEFICENTISSIMO
THESA VRVM HVNC
GEMMARVM ASTRIFERARVM
ANTI QV AR VM
IMMORTALI EIVS NOMINE ORNATVM
AVSPICHS ET HONORIFICA ADPROBATIONE
DE PROM TV M
PERENNE OBSEQVII SVI
ET PER OMNE TEMPVS GRATI ANIMI
MONIMENTVM
A. L. M. D. D. D.
ANTONIVS FRANCISCVS GORIVS



COMES EXCELLENTISSIME
MAECENAS OPTIME



VOD a DEO OPTIMO MAXI-
MO saepe precatus sum , ut si
antiquae eruditionis adpara-
tu et copia praeclarum Opus haberem aliquan-
do , summa cum dignitate et laude mihi contin-
geret dedicare INSIGNI VIRO , non solum anti-
qui generis splendore , nobilitate , amplitudine,
* * * opu-

opulentia, gratia, rerumque gestarum gloria praestantissimo; verum etiam optimarum litterarum amore, cultu, patrocínio, doctrina atque iudicio inter ceteros, qui maxime his laudibus florent, instructissimo; id nunc divino praesidio feliciter me adsecutum intelligo. Tua siquidem singulari prorsus erga me humanitate, atque honorificentissima adprobatione, COMES SAPIENTISSIME, qui Belli ac Pacis artibus ornandis, tuendis inlustrandisque publico bono natus es, divino adnuente Numine, ingens hoc decus summumque beneficium sum consecutus, ut haec Volumina, quae GEMMARVM ANTIQVARVM ASTRIFERARVM THESAURVM, & veteris Astronomiae perinsigne monumentum, ATLANTEM FARNESIANVM, eruditis PASSERIANIS observationibus locupletatum, complectuntur, immortalis tuo Nomine ornata in publicum adparerent: cuius felicibus auspiciis, atque ingenti splendore conlustrata, a doctis hominibus non gratius tantum, sed et auspicius, Musis ipsis plaudentibus, quae in splendidissima Aula tua, non ad inanem pompam, sed ad implendum suavissimis deliciis animum tuum plane regium ac divinum, veluti in domestica sede versantur, exciperentur. Quoties id mecum ipse repeto, incredibili prorsus laetitia perfundor; sed dum cogito, ac sedula mente contemplor, PALLAVICINE AMPLISSIME, qualis quantusque sis, non solum DYNASTARVM HERORVMQUE nobilissimae atque a remotis usque

tem-

DEDICATIO

xi

temporibus generosissimae GENTIS TVAE incluta
 ferie, et claritudine, sed omnium Virtutum
 ingentibus tuis meritis: ob eximiam exquisitam-
 que tuam doctrinam ac scientiam; ob insignem
 rerum a Te praeclare gestarum gloriam, multis
 ac maximis exemplis toto orbe testatam; ob am-
 plissimas dignitates, et munera, supremo cum
 imperio coniuncta, quae geris; tantae lucis ita
 obruor copia, ut scintillas aliquas vix ferre,
 ac sustinere valeam. Profecto nullius tantum
 est flumen ingenii, nulli dicendi aut scribendi
 tanta vis, tanta copia, quae non dicam exor-
 nare, sed enarrare egregia magni animi tui fa-
 cta possit. Earum siquidem evolventi mihi glo-
 riosa monumenta, a Scriptoribus magni nomi-
 nis testata, atque aeternitati consignata, qui-
 bus non diuturno, sed brevi temporis interval-
 lo, quod magnopere mirandum est, ingentem
 gloriam, summamque laudem, insignibus studiis,
 multis vitae periculis, plurimorum laborum, vi-
 giliarumque pretio TIBI comparasti; in eam
 opinionem lubens me venire fateor, TE in exi-
 mia ac praecellenti rei militaris scientia ac peri-
 tia, veterum Heroum et Ducum aequasse gloriam,
 in multis etiam superasse: inter eos vero, qui hac
 tempestate florent, quam paucissimos pares habe-
 re: at in eloquentia, qua maxime polles, at-
 que summos Proceres, ac doctos Homines TE
 adeuntes suavi admiratione atque iucunditate
 imples; in omnigena optimarum disciplinarum

* * 2

eru-

eruditione ; quibus luculenter excultus es : in munificentia erga optimas artes , in litteratos viros amore , paterno prorsus ac regio : in liberalitate , favore atque ope bonis honestisque hominibus adfidue ferenda , longe , absit verbo invidia , omnes plane antecellis . Quapropter si quis nunc a me petat , cui TE simillimum esse censeam ; ultro lubenterque adferam , TE cumulatissime , exprimere , totumque nobis adhuc vivum referre summum illum Auftriacorum Exercituum Imperatorem , Maieftatis et Glorise Romani Orbis Imperii maximum columen , aeternum decus , immortale praesidium , EVGENIVM a Sabaudia PRINCIPEM ; qui cum armorum gloria , tum litterarum patrocinio , & cultu fuit longe clarissimus , atque omnium Sapientum aetatumque consensione eminentissimus . Ne tenuioribus testimoniis , Te , INCLVTE COMES , parum dignis , innitatur laus mea , ad augustum CAROLI VI. CAESARIS Gloriosissimi thronum adpello : qui quum esset verae solidaeque virtutis ac sapientiae Scrutator , Iudex quoque et Aestimator sagacissimus , statimac intime novit acerrimum iudicium tuum , prudentiam mirabilem ; in arduis difficillimisque negotiis pertractandis egregiam tuam scientiam , ac dexteritatem ; rerum usum , mentem quarumlibet magnarum rerum mole capacem : postquam splendidissima apud eum legatione pro Ianuensi Republica patriatua summa cum laude es perfunctus , minime passus

D E D I C A T I O

XIII

passus est, ut a regio conspectu ac sinu suo clementissimo discederes; sed in Caesarea Aula primis honoribus, ac muneribus praeclarissimis honestatum Te detinuit, ac frequenter secretiora tecum in Imperio sustinendo Belli Pacisque negotia et consilia divisit. Exinde, ut totum ejusdem INVICTISSIMI IMPERATORIS animum occupares, TIBIQUE arctissime devincires, magis amplum ac vastum, extra Caesaream Aulam, politicarum ac militarium expeditionum Virtuti tuae theatrum aperuisti, ut parem promovendis consiliis, exsequendi agendique strenue summam peritiam ac scientiam tuam luculentissime declarares: siquidem semotis paene omnibus quietioris vitae commodis totus in bellicas artes statim incubuisti. Delectis comparatisque impendiis tuis strenuorum militum copiis, firma virtute, egregio animi ardore, pro incolumitate, quiete & securitate AUSTRIACAE DOMUS AUGUSTAE flagrantem martialis gloriae laudem mentem tuam, emensa jam eruditis Itineribus Europa, scrutatis regiarum aularum moribus, & consiliis, plurimarum rerum experimentis, cognitione & rei maritimae peritia instructissimam, Martis Castris non solum addixisti; sed summa alacritate ac fortitudine ad ardua quaeque subeunda, atque etiam superanda paratissimam perspicue patefecisti. Ad Danubii tutelam consilio tuo expositis bellicis navibus, quibus celeriter aedificandis parandisque artes om-

nes

D E D I C A T I O

eruditione ; quibus luculenter excultus es : in
 munificentia erga optimas artes , in litteratos vi-
 ros amore , paterno prorsus ac regio : in libera-
 litate , favore atque ope bonis honestisque homini-
 bus adfidue ferenda , longe , absit verbo invidia ,
 omnes plane antecellis . Quapropter si quis nunc
 a me petar , cui TE simillimum esse censeam ;
 ultro lubenterque adferam , TE cumulatissime
 exprimere , totumque nobis adhuc vivum re-
 ferre summum illum Austriacorum Exercituum
 Imperatorem , Maiestatis et Glorae Romani Or-
 bis Imperii maximum columen , aeternum de-
 baudiam PRINCIPEM ; qui cum armorum gloria ,
 clarissimus , atque omnium Sapientum aetatum-
 que consensione eminentissimus . Ne tenuioribus
 testimoniis , Te , INCLVTE COMES , parum di-
 gnis , innitatur laus mea , ad augustum CAROLI
 CAESARIS Gloriosissimi thronum adpello :
 quum esset verae solidaeque virtutis ac sci-
 entiae Scrutator , Iudex quoque et Aestim-
 gacissimus , statim ac intime novit acer-
 dicitium tuum , prudentiam mirabil-
 dui difficillimis negotiis pert-
 giam tuam scientiam , ac dexte-
 usum , mentem quarumlibet
 mole capacem : postquam
 eum legatione pro Ianue
 tua summa cum laud-

etque iura de-
 tuas aptissimum
 . A V S T R I A -
 no potestatis iure
 gerium INVICTIS-
 it , ac tradidit :
 ssima ac plane re-
 cum laude geren-
 entiam habes , quae
 tutum merita clarif-
 antur . Optime novit
 MA quanto animi ro-
 eluti alterum belli ful-
 onibus a Romanis Anna-
 Legionibus tuis Sardiniae
 crimine opportuno auxilio
 lli - Hispani Cuneum muni-
 etque Arcem pertinaci obsidio-
 , atque atrocissime invaderent ;
 praestantissimum illud tuae Vir-
 dentiae facinus nulla unquam fae-
 cent . Statim Augustam Aulam
 pervasitque omnium aures invictae
 adinis , ac militaris scientiae consum-
 fama : ductu tuo religiose ab om-
 vatam militarem disciplinam : propul-
 ruentem maximorum periculorum tur-
 tutatas Provincias , servatos Populos :
 demum a Te sapienter , opportuno confi-
 umma auctoritate strenuissime administrata .
 Quae ,



nes docuisti, rei maritimae CAESARIS imperio praefectus es; quae quidem, ocissimo auxilio convectis ad Austriacum Exercitum commeatibus, & subsidiis, TE moderante, tanto praesidio fuere, ut infensissimae hostium classes & copiae, bello luctuosissimo exitium Pannoniae minitantes, strenue propulsarentur, profligarenturque; parta, Te vigilante, atque urgente, Populorum ac Regnorum quiete, atque Romani Imperii securitate. Infelicis belli reliquias nonne ex ipsis hostium faucibus eripuisti statimac ad Jonium, Tyrrhenumque contendens, Caesareae Classis imperium suscepisti? Legionum Austriacarum Tribunus creatus, Mantuae ditioni & regimini cum imperio universi Peditatus pro meritis sussectus. Dum MAGNUS CAROLUS CAESAR a TE non gladio tantum, verum etiam consilio, fide, probitate, vigilantia, fortitudine se strenue adiutum testaretur, atque ad suprema honorum & munerum culmina Te evecturum meditaretur; propter ejus obitum acerbissimum, ingruentibus teterrimis temporum, & bellorum procellis, Parenti Optumo ac Sapientissimo parem tuorum meritorum Aestimaticem invenisti MARIAM THERESIAM, Reginam Clementissimam, FRANCISCI CAESARIS AUGUSTI Conjugem Incomparabilem, omni laude majorem, ad Aeternitatem & Gloriam Imperii Christiani Orbis tuendam exornandamque divinitus datam; quae TE ad salutem suam tutan-

DEDICATIO

xv

tutandam , ad consilia servanda atque iura defendenda , ad regendas ditiones suas aptissimum atque industrissimum experta est . **AUSTRIACAE INSVBRIAE** universae pleno potestatis iure supremum regimen atque imperium **INVICTISSIMA HEROINA** Tibi mandavit , ac tradidit : quae quidem omnia praeclarissima ac plane regia munia , quibus summa cum laude gerendis parem mentem ac sapientiam habes , quae et quanta sint tuarum virtutum merita clarissime ostendunt , atque testantur . Optime novit **REGINA AVGVSTISSIMA** quanto animi robore ac fortitudine , veluti alterum belli fulmen , quod de Scipionibus a Romanis Annalibus proditum est , Legionibus tuis Sardiniae Regi in summo discrimine opportuno auxilio adfuisses , dum Galli - Hispani Cuneum munitissimam Urbem atque Arcem pertinaci obsidione adgrederentur , atque atrocissime invaderent ; quo in praelio praestantissimum illud tuae Virtutis et Providentiae facinus nulla unquam faecula conticescent . Statim Augustam Aulam penetravit pervasitque omnium aures invictae tuae fortitudinis , ac militaris scientiae consummatissimae fama : ductu tuo religiose ab omnibus servatam militarem disciplinam : propulsatum inruentem maximorum periculorum turbine : tutatas Provincias , servatos Populos : omnia demum a Te sapienter , opportuno consilio , summa auctoritate strenuissime administrata .

Quae ,

Quae ; apud omnes clarissime explorata , dum brevi , iucunda tamen , recensione , commemoro ; nemo est qui ignoret apud Placentiam , conmisso praelio atrocissimo , tua ope , ac celerissimo auxilio uno die partam Victoriã , ex quo primae Austriacae Alae periclitanti , altera tua armis et robore instructissima , maximo mentis ardore , et virium contentione non occurristi tantum ; sed accepto vulnere , strenuissime ita pugnasti , eamque memorabilem victoriã reportasti , ut Hispanicus Exercitus male vexatus cum Duce suo GAGIO abiret , discederet . Ad Tidonis ripas , quum diu ab utroque Exercitu aequo Marte dimicatum esset , interfecto forti Duce BERENCLAV , atrocissimi belli impetum conlatis viribus tuis egregie sustinuisti : ac licet e capitis vulnere sanguis manaret , periculorum magnitudine nunquam fractus , tamdiu imperterritus pugnasti , quousque POTENTISSIMAE REGINAE Exercitus victoriã omni aevo memorabilem reportavit : qua parta , hostes ex Insubria pulsi sunt , eaque omnia quae ipsi occuparant , maximo tuae virtutis auxilio , & magni animi beneficio recuperata fuere . Monumentis omnibus praeclarissimae gloriae Nominis tui , quae Mars TIBI peperit , minime cedit Minerva , egregiorum consiliorum et facinorum moderatrix , iucundae Pacis ac Studiorum custos perpetua , quae ut bene ac sapienter commissos tuo regimini populos

los moderareris , praesentissima TIBI adfuit
semper , nec a latere tuo unquam discessit .
Mirifice praestas eximia quadam sentiendi opti-
me de rebus difficillimis libertate , & summa e-
tiam quae senseris dilucide ornateque dicendi
facultate , quae duae virtutes in Themistocle ,
Pericle , Aristide ceterisque Atheniensium Impe-
ratoribus summopere praedicabantur : & in qui-
bus praesertim Graecorum illorum Heroum ad
gloriam educatio , veluti praecipuis cardinibus
instituebatur . In publicis edendis spectaculis , seu
nobilissimis viris , seu populo datis , Romanam
nonne redivivam excitas & profers magnificen-
tiam ac liberalitatem ? Propter summam tuam
pervigilem curam maxime florent vigentque ac
religiose observantur veteres leges , tuoque sa-
pienti imperio in mores vertuntur ; quum ipse
recta disciplina & litterarum cultura , moribus
probe compositis , perpetuae constantisque virtu-
tis , probitatis , prudentiae , austerae erga Te fru-
galitatis , & sobrio quodam innocentium volu-
ptatum delectu , exempla praebeas omnibus lu-
culenta , & clarissima . Te auspice , atque ju-
bente , nuper in lucem prodire Constitutiones
Mediolanenses , peregregio ornatae Commenta-
rio , ac prodromo ad Historiam Fori Mediola-
nensis , a Clarissimo Senatore , Comite , & Equite
Gabriele Verrio , quo non solum patriarum Le-
gum sanctitas , & majestas adserta continetur ;
verum etiam Mediolanensis Senatus prudentissi-

mae

mae sanctiones , quae veteres ipsas leges interpretantur , maximo Populorum , et Fori beneficio pervulgatae sunt . Has leges aliasque ad Annonam , Aedilitatem , et Politicum Regimen universae Insubriae spectantes assidua cura vis observari ; omnique studio id ipsum Tibi cordi maxime est ; quod ex his publica quies , securitas , tranquillitas , rerumque omnium beatitudo et pendeat , et oriatur . Nemo est qui nesciat Te esse *justum ac tenacem propositi Virum* : quo elogio Te hi omnes praedicant , qui Te tuamque virtutem , et praecellentes divini animi tui dotes optime norunt : illi omnes celebrant , qui veram solidamque sapientiam colunt : qui optime sciunt Te nonnisi honestatem , integritatemque aequo judicio aestimare , ac praemiis et honoribus adficere : publicis commodis , omnium saluti atque incolumitati consulere : agrorum ubertati prospicere ; annonam constanter tueri , atque augere , commercii proventus amplificare . His quoque bonarum artium illustres curas adjungis ; nam litterarum studia liberalitate ac munificentia foves , ornas , locupletas : claros litteris homines incredibili amore , et beneficentia complecteris , ac Tibi devincis : quae omnia decora , ornamenta , fructus , praefidia , non aliunde manant , quam a perpetua qua viges optimarum disciplinarum scientia , et studio , ab immensa prorsus legendi meditandique aviditate : quam ut expleres ditissimam ac le-


tissimi-

ctissimam Bibliothecam Tibi instruxisti : quae quidem omnia Te ad amplissimum tot honorum, munerum, et scientiarum fastigium evererunt. In eius forulis utinam postremum angulum haec Volumina, Te largiente, obtineant ! ut Te quamdiutissime incolumi semperque florente studiorum meorum Fautore Beneficentissimo, quod valde in votis est, perpetuoque erit, longe auspiciatus ac felicius mihi gratuler Astris omnibus TVVM SIDUS benefico lumine micantissimum adfulsisse.

TIBI AMPLISSIME COMES

FELICIA OMNIA TEMPORA AETERNVM
VOVEO . TUO GLORIOSO NOMINI ET
MERITORVM PERENNITATI CONSONA .
VIVAS . VALEAS . FLOREAS . FELICITER
GVBERNES . ET SI QVID OTII ALIQVANDO
ERIT . HVMANITER LEGAS .

FLORENTIAE EIDIBVS MARTIIS ANNO CID. ID. CC. LI.



ΕΥΓΝΩΜΩΝ. ΦΙΛΟΜΟΥΣΟΣ
ΕΡΩΤΙΚΟΣ. ΕΙΣ ΑΚΡΟΝ ΑΔΟΥΣ
ΠΟΛΛΟΙΣ ΠΟΛΛΑ ΔΙΔΟΥΣ
ΑΙΤΕΥΜΕΝΟΣ ΟΥΚ ΑΝΑΝΕΥΩΝ


Ex Theocrito.

CONAMVR . TENVES GRANDIA . DVM PVDOR
IMBELLISQVE LYRAE MVSA POTENS VETAT
LAVDES EGREGII CAESARIS . ET TVAS
CVLPA DETERERE INGENI

Ex Horatio Carm. Lib. I. Od. VI.

LE-





L E C T O R I
H U M A N I S S I M O

ANT. FRANCISCVS GORIVS



RVS huiusmodi perpulcra Monu-
mentorum antiquorum varietate,
ac multiplici eruditione refertum,
nunc primum a me excogitatum,
atque, auxiliante Deo, editum,
iuri perpetuo Litterariae Reipubli-
cae, tuoque iudicio, ut sperare
lubet, aequo ac modesto, PRO-
BISSIME LECTOR, subiicitur.

*Astriferum, et Sideream ratio quaedam, et convenientia
haud vetuit interdum adpellare; nam, supra quinquagin-
ta, GEMMAS DVCENTAS ANTIQVAS continet, aereis
Tabulis, et Parergis ad fidem archetyporum insculptas; et*

Vol. I.

S

quidem

P R A E F A T I O

quidem servatis vel optimae, vel rudis caelaturae legibus non, ut nonnulli solent, exquisito ubique adhibito Chalcographorum opificio; quasi ab uno tantum peritissimo Caelatore prodierint, quum revera manus innumeras referant, et diversa tempora respiciant. In hisce Gemmis paene omnium Deorum Imagines, eorumque symbola, et adtributa expressa sunt; quibus cum astra etiam coniuncta sunt: quae, qua nam de causa, modo plura, modo pauca, frequenter a Veteribus in his caelata fuerint, animadversione, et observatione res plane digna mihi visa est. Id paucis ab hinc annis quum meditarer, ASTRIFERAS GEMMAS tunc primum colligere coepi sedulo studio, quum fortuito Franciscus FICORONIVS, Antiquarius Romanus percelebris, pro strenua novi anni, ut solebat, sex Gemmas ad me mississet; quae omnes variis non solum emblematis, verum etiam Stellis ornatae erant: atque utinam vir ille diu vixisset, nec munus hoc eius humanitatis et benevolentiae supremum fuisset! Omnem igitur tunc movere coepi lapidem, excutere et investigare mea Collectanea, pervolutare Philippi Bonarrotii amplissimi ac doctissimi Senatoris Florentini Volumen, in quo eius manu selectiores Gemmae peritissime delineatae sunt; quod mihi dum viveret, dono dedit, et multos huius generis pretiosos lapillos suppeditavit: scrutari aliorum scrinia, et Dactylithecas: mox ad amicos conversus, crebris precibus eorum aures pulsavi, ut egypta cerea, quae haberent, ad me quantocius mitterent. Horum iucunda nomina, si heic adferrem, etsi grati animi mei officiis facerem satis; legentes tamen non parvo taedio adficerem: quare ea seorsim edenda curavi, quae in Volumine secundo pag. XIII. recensentur post Elenchum earundem GEMMARVM ASTRIFERARVM, quarum etiam singula emblemata ibidem ordinatim disposita describuntur.

PRAEFATIO

II. *ASTRIFERA* haec *Gemmaria Sylloge absolutissima* censei potest; etsi non dubitem alias complures in forulis Cultorum eruditae *Vetustatis* adhuc latitare, vel etiam e terrae visceribus aliquando in apricum prodituras; nam hoc opere fere ad umbilicum perducto, Gemmae aliquot *fidereae* nuper prodierunt e *Cimeliarchio CHRISTIANISSIMI GALLIARVM REGIS*, quas adiecto uberri- mo *Tractatu de antiqua caelandi Gemmas arte, sive Glyptographia*, inlustravit *Petrus MARIETTUS Parisiensis*, de hisce *priscis elegantiss* optime *meritus*. Si quae tamen deinceps occurrent Gemmae cum stellis, vel in hac serie, vel etiam in *supplemento*, suis locis ordinatim adiungi poterunt; *selectioribus*, licet paucis, interim contenti: *reiectis* *superstitiosis Magicis lapillis*, quorum copia complures *Dactylisotbecae* non solum redundant, sed et facile obruuntur.

III. *Profecto* si qua sunt in universo *Antiquitatum omnium generum Thesauro monumenta*, in quibus *prisci Artifices* *facili luxuriantis ingenii libertate*, seu potius *libidine usi* sint, *GEMMARIA ARS* dubio procul primas tenet: in qua exercenda, ut ipsi *privatorum genio obtemperarent*, nullis prorsus legibus coërcebantur. Primum *vetustiores Gemmarii Opifices* e purioribus *Mythologiae fontibus*, quod caelandum erat, deducebant; mox corruptis moribus, regnante *luxu*, *adfluentibus opibus*, et *deliciis*, ad *lubitum eorum*, qui sibi *gemmas anulares*, vel ad *corporis ornatum inscalpi iuebant*, *emblemata ipsa*, ad *ingenii sui normam expresserunt*: deinde *Philosophorum sectis et Scholis in diversas*, et *pugnantes opiniones abeuntibus*, ad *varias sententias et opiniones eorum imagines suas*, et *typos adcommodarunt*, et ad eorum *voluntatem et captum*, non *artis gloriam*, et *priscum decus*, sed *turpe lucrum*.

PRAEFATIO

spectantes, eorum somnia ipsa, et Deos his symbolis ornatos, quos in somniis se vidisse putabant, expresserunt; plane luxuriantis, ac nimium sibi indulgentis ingenii portenta, et griphi, atque aenigmata, quae magnopere otiosis (ut hodie etiam contingere non sine risu videmus) in singulis artibus placuerunt.

IV. At in NUMMARIA arte, Magistratum, et Monetariorum praescriptiones servandae erant, solamque numerorum elegantiam et ornamenta curare Artifices iuebantur. In LAPIDARIA parendum fuit maiorum institutis, publicae dignitatis ac maiestatis rationibus: cautumquae ne publico in loco posita literis consignata monumenta quid vanum, et ineptum continerent. STATVARIA et SIGILLARIARIA, non tantum severitate legum, sed et metu Religionis, ne fines a Pontificibus statutos in signis vel ex aere vel e marmore ducendis, praetergrederetur, coërcita est. Inutile opificium, vanum, et a simplicitate alienum, vigente rigidiorum temporum consuetudine, non admittebatur in ANAGLYPTICA et TOREVMATICA: quod vetustiores arae, ferales urnae, sepulcra, et lucernae testantur, quarum emblemata cum Diis, cum sacris ritibus, et historiis concordare voluerunt.

V. Labente antiquae maiestatis splendore et dignitate, austeriorem vetustioris genii morem et sobrietatem Artifices, aucto artium cultu, nonnihil variarunt: at in GEMMARIA arte, quemadmodum et in PICTURA, mirum, postquam Romani Orbis genius otio et luxu contabuit, quam effraenis fuerit in novis rebus inveniendis excogitandisque Opificum Gemmariorum ingenium, quam ferax, solers, secundum, eo quod nullis legibus ac praeceptis cohiberentur. Quibus

P R A E F A T I O

huiusmodi studio pulcherrimo, utilissimo atque iucundissimo delectantur, probe norunt, quam variis modis Deos suos sculpsent Gemmarum Caelatores, nunc habitu hoc vel illo corporis, adtributorum et symbolorum quam varia ac multiplici dispositione; adeo ut nemo sit, qui non suspiciat operosissimi ingenii miram, ac longe lateque luxuriantem inexhaustam fecunditatem; siue non fateatur, Gemmarum artem ditissimum idearum, quotquot mens concipere, atque edere potest, promptuarium evasisse. Siquidem in Gemmis antiquis, quarum infinitus propemodum numerus est, non solum quidquid rarum et iucundum habet omnis Antiquitas collectum cernitur; verum etiam quidquid humanum ingenium excogitare, creare, et proferre unquam potuit. Fraena in his laxanda docuit operis facile studium, maximus luxus, luxuriantis Populi Romani gustus, et genius, qui constanti prosperarum rerum eventu, et fortunarum beata copia frequenter exhilaratus, molli otio in divitiis marcescebat, et, ut contingere solet, facetiis iocisque mirifice delectabatur, alebaturque; quapropter Gemmarum Scholae id obtinere, ut non tantum placeret quod instruebat, et delectabat; sed illud etiam potissimum probaretur, quod novis imaginibus flagrantem curiositatem alere atque augere posset, et vana otii, et risus blandimenta excitare; arte locupletissima, ac splendidissima voluntati omnium, et genio indulgere, semper parata.

VI. *Stellas praeterea in Gemmis scilicet ostenderunt Astronomi, et Mathematici, qui natalitium thema, et horoscopus petentibus dabant: quod et Augustus fecit, vulgato in numis themate suo, quod et in Gemmis expressum habemus: de quo nuper erudite disseruit Carolus Fredericus WALCHIVS, Ienensis Eruditissimus, qui primus huiusce*

P R A E F A T I O

huiusce mei *Astriferi Syntagmatis*, cupiens quantocius in lucem editum, mentionem fecit. Mos etiam invaluit Zodiaci signa insculpere, et Planetas, et astrorum coniunctiones. Ad haec, labentibus optimis Romanae Reipublicae institutis, tota in Urbem inruit superstitio, et ars quaedam fallendi homines studiosissima, quae sagaci artificio, propositis quibusdam lapillis, quibus virtutes quasdam tribuebat, illud felici ausu molita est, et brevi obtinuit, ut quasdam Gemmas certis figuris, et litteris insculptas, adfectionum quarundam humani corporis, et animi passionum certissimam medelam esse iactarent: et quia vanum hoc consilium magnis praesidiis destitutum facile conruere poterat, ab ignaro vulgo ut lubentissime toto orbe acciperetur, ac fidem inveniret, atque ex eo magnus ipsis quaestus adcederet, ad stellas compulsi Gemmarios Opifices confugerunt, quas tanquam splendidum fallacis artificii arcanum obtruderunt, easque in lapillis, sagaci ingenio duce, scalpserunt: quod quidem remotissimis temporibus ab Aegyptiis, Graecis, et Etruscis nonnisi raro, cum ratione, et consilio, probantibus legibus, et institutis, factum constabat.

VII. Statimac apud quosdam rumor increbuit me parare *ASTRITERVM* hunc Gemmarum *THESAURVM*, fuere aliqui rerum antiquarum peritia exculti, qui meam huiusmodi propositam provinciam non satis probabant, quum earum paene immensam copiam esse dicerent. Sed, si delectus haberetur, id utiliter fieri posse, animadvertens, sine metu hanc spartam, a nemine antea nedum tentatam, sed ne quidem excogitatam, alacri ac fidenti animo suscepi. Probatum tamen laudavitque, qui multiplici doctrina, et praestanti veterum omnium monumentorum pollet scientia, et recondita eruditione ornatissimus est, amicus meus optimus,

PRAEFATIO

mus, IOANNES BAPTISTA PASSERIVS, qui huiusce Operis erudita ac splendida varietate inlectus, vix patiens morae, per litteras me rogavit, ut Gemmas omnes, quas collegeram, accurate meo in conspectu delineatas a Filidauro Rossio Florentino, et maxima iam ex parte a Vincentio Franceschinio aeri incisas, actutum ad eum mitterem, omnem operam mihi adlaturum, et magnopere etiam aucturum earum numerum, data fide, promittens. Non id tantum, quod amicissime promiserat, sancta fide praestitit; sed intra paucos menses, quod vix credibile est, non solum Gemmas ad meos lares misit, auctas maxima ex parte, ut ducentae essent, verum et singulas accurato ordine dispositas dedit, omnesque suis brevibus quidem, sed multa reconditae eruditionis fruge refertis lectissimis Notis, et Observationibus auxit et locupletavit; atque insuper Prolegomena sua adiecit, quibus universum GEMMARVM ASTRIFERARVM Systema quale esse oporteret, et quam utile atque opido eruditum ostendit: ad quae Lectorem mittere, nec diutius heic morari, operae pretium me facturum censeo. Obstupui, quum ipsum non Gemmis tantum perraris auctum, verum etiam Commentarius et Notis Celebrissimi Viri locupletatum tam brevi tempore accepi, et conspexi. Nec doivi mihi hanc spartam praereptam; sed mirifice suavi laetitia exultans, immortales gratias amico incomparabili sincero animo egi, qui partes meas tam aerumnosa sollicitudine, tamque assiduo labore, ac vigiliis laeto animo ac lubentissimo suscepit: quum in ea opinione sim, concordibus Litteratorum animis, multum emolumentum capere Rempublicam Litterariam posse; discordiis vero (quas Deus avertat) valde foedari, corrumpi ac pessum ire, et quae multa cum laude in lucem proferri possent, vel intermitteri, vel oblivionis tenebris perpetuo damnari. Quod saepe-

PRAEFATIO

saepenumero per litteras feci, PASSERIO meo intimis animi sensibus nunc quoque gratulor, exigua hac, si quae est, laude contentus, me obstetrices manus dedisse ut hoc Opus tam erudita antiquorum monumentorum supellectile ornatum in publicam lucem prodiret.

